



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 69. Ferdinandi Ninnii Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.
A. C. 1609.

§. LXIX.

Ferdinandi Ninnii Cardinalis obitus

*Ciacon. in
vita Clem.
VIII.*

Hujus anni auspiciū sibi suæque vite funestum habuit Ferdinandus Ninnius de Guevara ex nobilissima Hispanorum prosapia ortus. Hic liberalibus disciplinis in Salmanticensi Collegio necnon in Complutensi Academia excultus utriusque Juris Laurea decoratus est. Postea in Philippi II. Hispaniarum Regis aulam susceptus & ab eodem ob insignem prudentiam, & moderationem cum nobili liberalitate conjunctam Regni Granatensis Præses creatus est, ubi demandatam sibi Provinciam ad Regis votum feliciter, & ad populi commodum valde utiliter rexit, adeoque Regiam sibi conciliavit gratiam, ut ad ejus preces a Clemente VIII. absens Purpuratorum Collegio adscriberetur. Romam venit unacum Francisco de Avila, ubi a Papa perhumaniter exceptus die vigesima secunda Aprilis anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo nonagesimo septimo titulo Sancti Blasii de Anulo honoratus est, secundo autem post anno die octava Junii titulum Sancti Martini in Montibus optavit: Ea dignitas Ferdinando calcar addidit, ut pro sua in rebus feliciter expediendis dexteritate

teritate ad ardua quævis negotia suam Sæc. XVII.
 impenderet operam. Postea Roma in A. C. 1609.
 Hispaniam revocatus, totius Regni con-
 tra hæreticam pravitatem Generalis In-
 quisitor institutus, Hispalensis Ecclesiæ
 administrationem suscepit: tandem ve-
 ro ibidem die octava Januarii vitæ suæ
 meritis plenæ finem imposuit.

§. LXX.

Horatii Maffæi Cardinalis decessus.

Alter ex Cardinalibus, qui hoc anno Ciacon. in
 obierunt, erat Horatius Maffæus vita Pauli V.
 Nobilis, patria Romanus anno Salutis
 nostræ millesimo quingentesimo octoge-
 simo natus. Hic optimæ spei juvenis
 emenso Philosophiæ curriculo jurispru-
 dentia operam dedit, laurea decoratus.
 Postea a Paulo V. primo inter Camerae
 Apostolicæ Clericos adlectus mox S. R.
 Ecclesiæ Presbyter Cardinalis renuntia-
 tus Sanctorum Petri & Marcellini titu-
 lum obtinuit: nondum autem evoluto
 anno Theatinam Ecclesiam tertius pro-
 fapix suæ Archiepiscopus regendam su-
 cepit: cum autem paulopost Theatæ
 in morbum incidisset, Romam reversus
 die undecima Januarii anno ætatis suæ
 vigesimo nono ex hac vita decessit, se-
 pultus apud Sanctam Mariam supra Mi-
 nervam in familiæ suæ sacello. Refe-

E e 5 runt